

IMMACULATAE CONCEPTIONI . DEI  
MATRI, ANGELORUM, ET PATRIARCHARUM REGINAE,  
GENERIS HUMANI REDEMPTRICI,  
HISPANIARVM PATRONAE.



UAM MAXIMUS (SACRATISSIMA VIRGO) ERGA TE

**Q** SEMPER MEUS FUERIT AFFECTUS , SIBI QUIQUE CONSCIUS ERIT , QUI OMNIUM STUDIORUM MEORUM fructus in tui Gratiam obtulisse , dignoscat. Et quantum in tam magni Amoris prosecutione intendam , haec altera ostendit obsecratio. Verum merito ( PISSIMA MATER ) ; Quod enita Tibi praestare possum obsequium , quod lege justitiae non debeam ? Nonne cum vidissent Te Filiae Sion , beatissimam praedicaverunt , & Reginae laudaverunt Te ? Quem Coeli capere non poterant , ipsum qui Te fecit , non genuisti , cum in aeternum Virgo permansisses ? Ergo quacumque in Tui honorem exhibeam , meritam Tibi Gratiam , vel minima ex parte solvere non possunt , & debito minora sunt ; tantumque minora , quanto magis Tuo fuerint auxilio destituta : Quod absit ; immo Puritate , qua ornata fuisti in primo Tuae Conceptionis instanti , in quo nullam contraxisti maculam , cor meum ab omni peccato munda : Tua celesti Doctrina mentem meam reple ; & infunde in animam meam Gratiam Tuam ; ut ea adjutus , Gloriam adipiscar aeternam.

TIBI ERGO ( PURISSIMA GENITRIX ) HAS MEAS , IMMO TUAS

IN JURE CIVILI ELUCUBRATIONES , PER MANUS CLARISSIMI VIRI D. D. ANTONII DE LA ENCINA IN COMPLUTENSI Colegio D. Hyeronimi ( Trilingui nominato ) olim Toga rubra insigniti , Theologi Doctoris Laurea , in numquam oblivioni tradenda , ciceraria Academia ornati , S. S. Justi , & Pastoris unicae Magistralis Ecclesiae à jure aliquando Casanici , & modò Tolsti inter Canonicos , & Dignitates Primatis Hispaniarum Ecclesiae sedile Splendidum meritissime obtinentis , in Amotis Pignus , & memoris animi Gratitudinem , ex toto corde , & animo D. O. C.

D. RAFAEL ANTON RAMIREZ DE LA ENCINA

A. J.

Quatuor Imperialium Institutionum Libros propugno. Singulas Arnoldi Vinnii Theses , quas in Commentariis super Justiniani Constitutiones tradit , defendo. Leges , & senatus consulta omnia , quorum specialiter fit mentio tam in Institutionibus , quam in Vinnii commentariis , interroganti circa Originem , Etatem in qua condita fuerunt ( si liquef ), Authorem , quidve in ipsis constitutum fuerit , enarrabo .  
PRO HIS STABIT , QUI SUPRA , UNITRINAE MAJESTATIS SUFULTUS AUXILIO , ET S. JOSEPHI , ATQUE RAFAELIS AR-  
PRO HIS STABIT , QUI SUPRA , UNITRINAE MAJESTATIS SUFULTUS AUXILIO , ET S. JOSEPHI , ATQUE RAFAELIS AR-  
changeli juvamine fretus. Praeses erit D. Vincentius Orihuela , & Sanz , Philosophiae Magister , Sacrae Theologie , & Juris Canonici Doctor , at-  
que Philosophiae Cathedrae olim moderator. Locus certaminis erit hujus Oscitanae Univ. Liceum. Die 15 Mensis Maii Anii M.DCC.LXXXIII.  
Vt. Balaguer , Cens. Regs.

ORIOLAE : Apud Josephum Alagarda , & Petrum Ximenez , & Lopez , in via Divi Iacobobi.

Anno 3 Febr: 16  
/cop: